

prohemium dicendorum

Adnes homines natura scire desiderant. Scire autem est effectus demonstrationis. Est enim demonstratio silogismus appetite conid est fatiens scire. Ad hoc autem ut tale desiderium naturale propleatur in homine necessaria est demonstratio. Non enim potest esse effectus in quantum huiusmodi sine causa. Et quia ut dictum est demonstratio est silogismus ad cognoscendum eam necesse est pro cognoscere silogismum. Silogismus autem cum sit quoddam totum agregatum ex partibus cognosci non poterit partibus ignoratis. Ad cognoscendum ergo silogismum oportet primo cognoscere partes eius. Partium autem silogismi quedam sunt propinque ut propositiones et conclusio que omnes enunciationes dicuntur. Quedam vero sunt remote ut termini qui sunt partes enunciationis ergo de istis oportet tractare scilicet de enunciatione et de terminis antequam de silogismis tractet. Quilibet autem terminus qui sine propleione dicitur significat aut substantiam aut quantitatatem aut qualitatem aut aliquid aliorum predicamentorum. Et ideo antequam de enunciatione tractetur oportet tractare de predicamentis. Et quia predicamentum ut hic sumitur nihil aliud est quam ordinatio predicabilium in ordine predicamentali. Ideo ad cognoscendum predicamenta oportet pro cognoscere predicabilia. Ad hoc ergo ut perueniamus ad ipsum scire ab omnibus naturaliter desideratum. Iste debet esse ordo quem auxilio dei tenebimus ut primo tractet de quinque predicabilibus. Secundo de decem predicamentis.

A ij